

Первый уровень

1. а) Переведите текст.

Si ad cenam nataliciam ab amicis invitamur, dona natalicia praeparare solemus. Donum optimum putatur, si animo amici placet. Itaque cum donum natalicium praeparas, delige quod* maxime delectare potest. Si amico tuo pila ludere libet, dona pilam. Si delectant escae, confice crustum vel in pistrina eme. Si gaudet canticis, compone canticum novum et cane, si modo canere bene scis. Litterarum studioso praebe novum stilum acutum ferreum et tabulas eburneas, in quibus* variae sententiae scribi possunt. Sed nihil prodest ita, ut lepidus novus et bonus libellus. Si liber amico donatur, non solum delectatur animus fabulis ibi scriptis, sed etiam servatur memoriā amicitia vestra et gratia mutua. Cum librum donas, adde chartam (notam), in charta (nota) conscribe vota optima.

б) Ответьте на вопросы к тексту:


1. Quomodo amico musico placere dono potes?
2. Quare liber optimum donum est?
3. Quid* facis, si crustum donare cupis, sed ipse* conficere non potes?

Примечания (*): quod – “то, что” , in quibus – “в которых” , quid? – “что?”, ipse – сам.

2. а) Дополните слова пропущенными окончаниями так, чтобы получилась осмысленная фраза: Minotaur..... a These..... in labyrinth..... occid.....

б) Дополните слова с пропусками так, чтобы получилась осмысленная фраза (число точек не соответствует числу пропущенных букв): Caesar cumisisamt

3. Укажите, какой сюжет из античной мифологии стоит за данным изображением.



4. Перед вами строки из рукописи XV в.



Красная строка читается так: *Incipium sancti evangelii s(ecundum) Johannem*

Транскрибируйте текст после красной строки, восполняя сокращения. Переведите.

Второй уровень

1. а) Переведите текст :

Ut Horatius poeta dicebat, caelos, non animum mutant, qui* trans mare currunt. Accedit Horatii verbis sententia non paucorum philosophorum: non prosunt animo longi errores et navigia longinqua; vitam in peregrinationibus exigentes multa hospitia habent, nullas amicitias. At tamen non desunt bona et cognitione digna, quae in terris alienis videre aut experiri possumus. Nonnullis libet in templis palatiisque magnificis tabulas pictas et signa aenea vel marmorea mirari. Alii cupiunt escas inusitatas gustare aut potionibus dulcibus nondum notis sitim explere aut pomis raris frui. Alios iuvat saltare ad modos novos et canticis prius non auditis aures praebere. Alii silvis, montibus, fluminibus, campis ceterisque locis amoenis delectantur. Alii novas linguas discere volunt* vel linguis quibus* a juventute studebant melius loqui. Sunt etiam homines quibus mores et instituta aliarum gentium cognoscere placet. Itaque etiam si non mutant animum hominis itinera longa et peregrinationes variae, tamen animi taedium levare possunt.

б) Ответьте на вопросы к тексту:

1. Quomodo artium studiosis possunt prodesse peregrinationes?
2. Quare utile est linguas alienas discentibus in terras alienas proficisci?
3. Quomodo homo convivorum amator in peregrinatione curas animi levare potest? (ventri suo placere potest?)


Примечания (*): qui – “те, кто”, volunt – “хотят”, quibus – “которым”

2. а) Дополните слова пропущенными окончаниями так, чтобы получилась осмысленная фраза: Coriolanus virtut..... bellic..... emin..... , sed ob nobilitat..... su..... pleb..... host..... er.....
б) Дополните слова с пропусками так, чтобы получилась осмысленная фраза (число точек не соответствует числу пропущенных букв): Druides deibus, dei acume, deorumiumi actent ettint





3. Укажите, какой сюжет из античной мифологии стоит за данным изображением.



4. Перед Вами несколько строк из сочинения средневекового проповедника Цезария Арльского (470-543) в рукописи VIII в.



Первые слова читаются так:




Vera

caritas

in

adversitatibus



tolerat

Транскрибируйте остальные строки, расставляя промежутки между словами. Переведите. Попробуйте найти слово, которым переписчик допустил ошибку и указать верный вариант.

Третий уровень

1. а) Переведите следующий отрывок из «Мифов» Гигина.

ORESTES

Orestes Agamemnonis et Clytaemnestrae filius postquam in puberem aetatem venit, studebat patris sui mortem exsequi; itaque consilium capit, cum Pylade et Mycenae venit ad matrem Clytaemnestram, dicitque se Aeolium hospitem esse nuntiatque Orestem esse mortuum, quem Aegisthus populo necandum demandaverat. Nec multo post Pylades Strophii filius ad Clytaemnestram venit urnamque secum affert dicitque ossa Orestis condita esse; quos Aegisthus laetabundus hospitio recepit. Qui occasione capta Orestes cum Pylade noctu Clytaemnestram matrem et Aegisthum interficiunt.

- b) Ответьте на вопросы к тексту:

- 1) Quid Pylades Clytemnestrae attulit?
- 2) Cur Orestes se Aeolium hospitem esse dixit?
- 3) Tristisne Aegisthus propter mortem Orestis fuit?


2. а) Дополните слова пропущенными окончаниями так, чтобы получилась осмысленная фраза: Hannibal prim..... exercit..... su..... in Itali..... trans Alp....., qu..... nemo ante superav....., tradux.....

b) Дополните слова с пропусками так, чтобы получилась осмысленная фраза (число точек не соответствует числу пропущенных букв): Postquam Helvetii eruntememoeisse,os admnt

3. Укажите, какой античный сюжет стоит за данным изображением



4. Перед Вами несколько строк из сочинения Гая Саллюстия Криспа (86-35 до н.э.), сохранившиеся в рукописи XIV в.



Первые две строки читаются так: Nam uti genus hominum compositum ex corpore et anima est.

Транскрибируйте остальные строки, восстанавливая сокращения. Переведите.

Четвертый уровень

1. а) Эразм Роттердамский в своем сборнике «Adagia», в котором приводятся древние пословицы с их пояснением и историей возникновения, приводит следующее крылатое выражение:

AVT MORTVVS EST AVT DOCET LITTERAS. Переведите приведенный ниже текст из Эразма Роттердамского.

Ἦτοι τέθνηκεν ἢ διδάσκει γράμματα, id est

Aut periit aut profecto literas docet.

Senarius prouerbialis, quo significabant olim cuipiam omnino male esse, tametsi parum liqueret, quid rerum ageret. Is autem hac occasione venit in vulgi sermonem auctore Zenodoto.

Athenienses duce Nicia parum feliciter aliquando pugnauerunt aduersus Siculos permultis occisis, plerisque captiuis in Siciliam abductis, qui Siculorum filios literas docere coacti sunt.

Proinde pauci, qui fuga elapsi redierant Athenas, rogati quid hic aut ille faceret in Sicilia, modo memorato versiculo respondebant: Aut periit aut docet literas.

Senarius – сенарий или ямбический триметр (стихотворный размер, которым написан греческий оригинал).

- б) Ответьте на вопросы к тексту:

- 1) Quomodo cessit proelium, quod contra Siculos Athenienses commiserunt?
- 2) Qui praefuit exercitui Atheniensium?
- 3) Omnesne captivi litteras docere coacti sunt?


2. а) Дополните слова пропущенными окончаниями так, чтобы получилась осмысленная фраза: Vergili..... narr..... Troi..... capt..... Aene..... cum patr....., soci..... et Penat..... Itali..... petiv....., ut urb..... nov.....ibi cond.....

б) Дополните слова с пропусками так, чтобы получилась осмысленная фраза (число точек не соответствует числу пропущенных букв): Orgetorixieusemist etibust, ut deusisnt.

3. Укажите, какой античный сюжет стоит за данным изображением



4. Перед вами строки из сочинения Луция Аннея Сенеки (4 г. до н.э.-65 г.н.э.), в рукописи нач. XII в.



Первая строка читается так: Habebit philosophus amplas opes sed nulli detractas nec alieno sanguine...

Транскрибируйте остальные строки. Переведите.